

ad sinistras sunt dicitur ignem aeternum quem p̄parauit d̄r
 diabulo & angelis eius. tunc enim nos si uincimus & obtinere
 poterimus. sequentes ih̄m ducem p̄cipimus regnum quod pre
 parauit pater sc̄is suis & his qui mandata eius & iustitias im
 pleuerunt. per ipsam d̄nm nostrum ih̄m xp̄m cui est glo
 ria & imperium in saecula saeculorū amen.

EXPLICIT HOMILIA XIII. INCIPIT XV. DE HIS QUI SEQUUNTUR POST IABIN.

Nisi ista bella carnalia figurā spiritaliū bellorum. numquā opinor
 iudaicarum historiarum libri discipulis xp̄i qui uenerunt pacem
 docere legendi in ecclesiis fuissent ab apostolis traditi, quo enim
 eorum bellorum p̄ficeret ista descriptio quibus dicitur ab ih̄u.
 pacem meam relinquo uobis & quibus p̄ apostolū iubetur & di
 citur. non uos in se ipsos defendentes. sed magis iniuriam acci
 pite magis fraudem patimini. unde demq; sciens apostolus
 nullanobis iam ultra bella esse carnaliter pagenda. sed anime
 certamina contra spiritales aduersarios desudanda uelut
 magister militiae p̄ceptum dat militib; xp̄i dicens. Induite
 uos armadi. ut possitis stare aduersus insidias diabuli. & ut
 horum spiritalium bellorum ex ueterū gestis possimus habere
 exempla istarum rerum gestarum narrationes in ecclesia nobis
 uolunt recitari. ut nos spiritales simus audientes quia lex spi
 ritualis. in his que audimus spiritalib; spiritalia comparemus.
 & contemplerur ex his gentib; quae carnalē israhel uisibilibus
 oppugnarunt. quae sunt gentes contrariarum uirtutum
 ex his spiritalib; quae dicuntur spiritales nequitiae in celestib;
 quae aduersus ecclesiam d̄ni que est uerus israhel suscitā bella.
 moabite ueniunt & ammanite. & omnes illi reges & gentes
 inuisibiles. quas superius commemorauimus ueniunt pugna
 ture. ad hoc ut peccare nos faciant. quia sic ut corpus accepto

pacem meam
 relinquo uobis